

110.

Bischof Heinrich von Meißen beurkundet, daß das Kloster Altzelle 5 Hufen, die zum Dotalgut der Pfarrkirche in Zadel gehören, ihrer (dortigen) Grangie einverleibt hat, wobei dem Pleban von Zadel bestimmte Naturaleinkünfte, deren jährlicher Umfang neu festgesetzt wurde, als Ausgleich angewiesen worden sind.

1237 März 28, Meißen

Original: Dresden, SächsHStA, OU. 341 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: 37,4–37,7 cm breit, 27,7–27,8 cm hoch, Plica 3,3–3,5 cm — Besieglung: (1) SP. Bischof Heinrichs von Meißen (leicht beschädigt, restauriert) an Hanffäden und roten Wollfäden; spitzoval, 4,4 cm breit, ca. 6,9 cm hoch (CDS II, Bd. 1, Taf. II/1 = Rittenbach/Seifert, Bischöfe von Meißen, Taf. nach S. 128; Lehmann, UB Kloster Dobrilugk, S. 17, Nr. 17); (2) SP. des Domkapitels von Meißen (beschädigt, restauriert) an Hanffäden und roten Wollfäden; spitzoval, Breite nicht exakt bestimmbar, ca. 8,0 cm hoch (Mielecki, Siegel, S. 194; CDS II, Bd. 1, Taf. I/1 = Rittenbach/Seifert, Bischöfe von Meißen, Taf. nach S. 80; Kauffungen, Domkapitel, S. 213; Kötzschke, Hochstift, Taf. nach S. 14; Blaschke, Siegel II, S. 78 f. und Abb. 3; Lutz, Heinrich d. Erlauchte, S. 216 f., Anm. 40a; Bauer, Älteste Siegel, S. 25)¹⁾.

Edition: —

Regest: Beyer, Altzelle, S. 540 f., Nr. 87 — Dobenecker, Reg. hist. Thuringiae III, S. 117, Nr. 667 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 125, Nr. 427.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. HEINRICUS DEI GRATIA MISNENSIS EPISCOPUS OMNIBUS IN PERPETUUM. Rationis inventum per auctoritatis amminiculum solidatur, | dum que invenit ratio firmat rati habitio et superiorum auctoritas vim attribuit rite facto. Hinc est, quod Christi fidelium noticie volumus notum esse, quod abbas | et ecclesia sancte Marie in Cella de parrochia in Tzadele²⁾, que in fundo eiusdem ecclesie sita est, de eiusdem ecclesie plebani assensu certis eidem plebano loco prebende | redditibus assignatis, videlicet duobus maldariis siliginis et uno maldario ordei et uno modio pise, quinque mansos ad ipsam parrochiam dotis nomine pertinentes – ad fratrum | ecclesie sue commodum et ut eorum sustentatio facilius haberetur – in grangiam sive allodium redegerunt. Demum plebanus ecclesie supradicte in nostra presentia constitutus provideri | sibi a nostra sollicitudine postulabat, asserens, quod non posset de tam tenui prebendula sustentari, sicut sibi ab abbate et monasterio fuerat assignata. Eapropter ad nostre | monitionis consilium Henricus nomine abbas Cellensis ecclesie et in restaurum dictorum quinque mansorum ipsius plebani ampliavit stipendium in hac forma: Dabit ipsi | annis singulis terciam dimidiam maldratam siliginis, unam maldratam ordei, sex modios avene et duos modios pise Misnensis mesure et XXX^a caseos fratrum et insuper in | scolare ministro providebit eidem, cui abbas et ecclesia de suo tenebitur precio respondere. Hac igitur mutatione coram nobis et fratribus ecclesie nostre facta ex rogatu partium utrobique | ad subtrahendam materiam litibus in futurum approbante capitulo nostro et ei, qui nunc est, et futuris eiusdem ecclesie

110. 1) Zum Siegel des Meißner Domkapitels vgl. auch UB Altzelle I, Nr. 4, Anm. 1.
2) Zur Kirche von Zadel vgl. ebd., Nr. 48, 50 und 61, ferner Nr. 118.